



zu 005

O. i. 840 (1-101).

CONCLUSIONES ALIQVOT
**DE SATISDA-
 TIONIBVS.**

QVAS DIVINA ADIVVANTE GRATIA,
 SVB CLARISS. AC CONSULTISS. VIRI IOANNIS
 Michaëlis Cronenburgeri, SS.LL. Licent. Dictatoris pa-
 trocinio in celeberrimo florentissimæ Agrippinen-
 sis Academiæ iuris Collegio, pro lauda-
 bili ac inueterata consuetudine
 4. id. Ianuar. Anno 1591.
 publicè defendet.

CHRISTOPHORVS
Winkler.



COLONIAE AGRIPPINAE E
 EXCVDEBAT PETRVS KESCHIDT.

CONCLUSIONES ALIQUOTAE
DE SATISDA
TIONIBVS

QVAS DIVINA ADIVVANTE GRATIA
SVA CHARISSE AC CONSVETISS. VIRI JOHANNIS
MICHAELIS CRONBERGERI S. L. L. Licent. Discipuli
in studio in ecclesiarum theologiae et scripturae
in Academiae juris Collegio pro laudibus
publice inuenerunt conscribere
4. Id. Iulian. Anno 1747
Publice defendit

CHRISTOPHORVS
Printer



EXCVDITUR IN COLONIAE AGRIPPAE
F



CONTINUATIO

Via in ius vocati, de quibus precedenti disputatione actum est, sine satisfactionibus non admittuntur, recta ac iusta methodo (qui satisfacere teneantur) subnequitur.
 Oldendorp. clas. i. act. 6. in prin. Cuiac. lib. 10. obser. cap. 30.

THESIS I.

Satisfactio est cautio, (a) pro eo quod a nobis petitur aut debetur qua fit datis fideiussoribus. (b)

(a) VVefen. in Rub. Inst. h. t. Lod. Grempt. ibid. (b) l. 1. & ibi Dd. h. t. VVef. d. loc. Schneid. Inst. de satisfd. tut. in prin. nu. 3. an per pignora. inf. th. 4.

II.

Non tamen qualemcumque fideiussorem, sed locupletem non tantum in facultatibus, sed etiam facilitate conueniendi admitto.

l. 2. in prin. h. t. Syntag. com. opin. tit. de fideiuss. nu. 179. Mynsing. respons. 71. num. 18. Bodæus § 1. Inst. h. t. VVef. ibid. in suppl. ad Schneid. nu. 12. quod per arbitros explorabitur l. 9. & 10. h. t. VVef. in par. nu. 7. h. t. Nisi aduersarius absque controuersia recipiat. d. l. ab arbitro 10. aut parentes & similes coniunctæ personæ iudicio sistendi causa offerant l. 2. §. Prætor. h. t.

III.

Hinc sequitur non possidentem immobilia, (a) mulierem, (b) militem, (c) minorem 25. annis, (d) seruum, (e) scholarem, (f) clericum, (g) Fiscum, (h) pragmaticum rixosum & rimarum plenum, (i) idoneos fideiussores non censerî.

(a) Bart. in l. sciendum in fin. prin. h. t. & ibi Bald. nu. 4. Iaf. nu. fin. Baptist. à Villalobos in com. opin. verb. fideiussor. (b) l. de die §. 1. h. t. tot. tit. ad SC. Velleian. (c) d. §. 1. l. milites 31. C. locati (d) d. §. 1. VVef. in par. num. 7. (e) d. l. de die §. 2. h. t. & ibi Bart. (f) Spec. §. dicto num. 5. h. t. Bart. in l. 1. ff. si quis in ius vocat. Cling. Inst. h. t. Sichard. in auth. offeratur nu. 17. C. de lit. contestat. (g) gl. & Bart. in l. 2. h. t. Cling. d. loc. per l. 7. in prin. h. t. (h) Afflict. de cif. neopolit. 88. (i) Bart. & Costal. in l. 2. h. t. Bald. in l. quotiens. cod. t. & ita de consuetudine obseruatur teste Bart. d. loc.

IIII.

His subijcio non tantum per fideiussores, (a) verum etiam per pignora, (b) necnon instrumentum (c) ac nudam repromissionem, (d) pro casuum diuersitate caueri posse.

(a) vt dictum (b) ex Bart. Bald. & com. Dd. opin. in l. 1. ff. h. t. & l. 7. ff. de Prætor. stip. Fab. in §. fin. autem. Mynf. in Rub. Inst. h. t. Schneid. de satisfd. tut. nu. 4. VVef. in par. nu. 7. ff. h. t. (c) l. fin. h. t. Iaf. in Rub. cod. t. §. sed hodie vbi Hot. & VVef. Inst. cod. & ibi VVefenb. in suppl. ad Schneid. nu. 4. (d) Iaf. d. loc. VVef. in par. nu. 1. Dd. in d. §. sed hodie, & ex Rub. ff. nostri tit. colligi potest.

V.

Est autem satisfactio duplex, iudicialis aut extraiudicialis, (a) iudicialis est, (extraiudicialem

dicialem suo loco remittendo) (b) qua vt extra periculum iudiciorum exercendorum si-
mus praestari solet; (c) vt est: iudicio sisti, iudicatum solui, rem ratam haberi. (d)

(a) V Vefenb. & Mynf. in Rub. Inst. nostro t. (b) vt inf. de dam. infect. noui oper. nunc.
quibus dos debita non est detrahenda. vide Spec. §. fin. h. t. (c) Lag. in sua method. part. §.
cap. 12. nu. 5. Spec. Mynf. V Vef. d. loc. (d) Mynf. d. loc.

VI.

Quo melius haec species intelligantur, singulae persona iudicium sustinentes (a) erunt
examinandae. In iudiciis igitur aliam antiquitas, aliam nouitas cautionem est amplexa
olim enim ad singulas causas iuratoriā praestare solebant, (b) hodie saltem in initio offi-
cij eandem cautionem subeunt. (c)

(a) quales sunt. Iudex. actor. Reus. c. forum §. in omni ext. de verb. signif. à quibus sin-
gulis cautiones exiguntur vt ordine audietur. (b) l. rem non nouam & ibi Iaf. Sichard &
alij C. de Iudic. V Vef. in suppl. ad Schneid. num. 5. (c) Dd. in §. & æquus Auth. Iusur. q. d
praest. Azo in sum. nu. 21. C. de Iudic. Sichard. & V Vef. d. loc. vt secundum falem intelli-
gentiæ & securæ conscientiæ iudicare velint. Henning Goeden. in suo process. iudic. in
procem. nu. 5. 6. & seq. Iacob. Omphal. de vsurpat. leg. lib. 6. cap. 14. nu. 6. fac. ordinatio Ca-
meræ part. 1. tit. 57.

VII.

In criminalibus solent etiam litigatoribus praesertim reis praestare cautionem securita-
tis, siue saluum conductum, (a) quo tam libera recedendi quam accedendi facultas da-
tur. (b)

(a) Bart. in l. vtimur. de sepulch. violat. in l. is qui reus q. 3. de publ. Iud. in l. 1. de custod.
reor. Ferrar. in sua prax. in form. inquisit. §. hæc est quædam num. 32. Oldend. in suo En-
chirid. excep. except. loci non tuti. V Vef. in suppl. nu. 5. & contra violentiam facti non iu-
ris cauet. Mynf. cent. 1. obs. 82. (b) Bart. & Mynf. d. loc. Sichard. in Auth. habita nu. 10. C. ne
fil. pro pat. Zanger. de Except. Except. 4. loci non tuti num. 7. & seqq. per II. ibi alleg.

VIII.

Actor hodierno iure, licet secus veteri seruabatur, (a) se infra duos menses à tempore
exhibiti libelli computandos litem contestaturum, (b) necnon ad finem vsque iudicij per-
seueraturum, (c) & expensas in euentum succumbentia refusurum (d) cauet.

(a) §. 1. & 2. & ibi Dd. Inst. h. t. Azo in sum. h. t. (b) §. 1. auth. de executor. col. 7. auth. libel-
lum C. de litis contest. Lag. in sua method. nu. 9. h. t. Mynsing. in d. §. sed hodie nu. 2. & ibi
V Vef. in suppl. nu. 6. Inst. h. t. (c) auth. generaliter C. de Episc. & Cleric. Spec. in prin. h. t.
Bart. in l. Iulianus. ff. cod. Minsing. decad. 8. resp. 71 num. 17. (d) d. auth. generaliter. §. ad ex-
cludendas auth. de litigios. Azo in sum. C. h. t. Hart. Hartmanni in suis pract. obser. lib. 1.
tit. 9. obser. §. c. induciæ §. libellum 3. q. 3. Bodæus §. 1. Inst. h. t. Chilian. Koning. in sua prax.
c. 46. §. 2.

IX.

Has satisfactiones antea optimo iure introductas, (a) postmodum negligentia hominū
desuetudine obumbravit, (b) vestigijs tamē quibusdam secundum cuiusque regionis mo-
rem retentis. (c)

(a) Spec.

19

(a) Spec. in prin. h. t. Oldend. clas. 1. act. 7. in fin. (b) gl. in d. c. induciæ 3. q. 3. Ioan. Ferrar. in form. resp. rei con. §. debitè satisfare nu. 1. Sichard. in d. auth. offeratur. num. 14. Hart. Hart. d. obl. §. Fab. & Bod. in d. §. sed hodiè. (c) Oldend. d. loc. Lag. nu. 9. h. t.

X.

Reus hodiè suo nomine conuentus, nihil aliud satisfat quam iudicio sisti, (a) à quo res immobiles in territorio iudicij possidens releuatur. (b)

(a) d. §. sed hodie. vbi Hott. Bod. & alij. Spec. §. 2. in prin. h. t. d. c. induciæ §. offeratur, & ibi gl. 3. q. 3. Hart. Hart. obl. 1. d. t. Chilian. d. cap. 46. (b) l. sciendum. in princ. vbi Dd. ff. h. t. Marant. in suo Spec. nu. 3. nostro t. Chilian. d. loc. Nisi etiam tot mobilia possideat. quæ facile occultari non possunt & suspicionem fugæ amouent Dd. communiter in d. l. sciend. Ioan. And. in addit. ad Spec. §. 1. in prin. h. t. verb. adde & primam q. Chil. d. loc.

XI.

Hinc promanat scrupulosa ista quaestio. Vtrum hoc casu nuda promissio sufficiat, an verò iuratoria cautio necessaria sit? ego cum casum pro amico esse videam, vtramq; partem disputationis ergò tutari non erubescam.

Iuratoriam cautionem requirunt gl. in d. l. sciendum & d. §. sed hodie per l. fin. C. de princip. in rem agent. lib. 12. Spec. in §. dicto in prin. & ibi Ioan. And. in addit. h. t. Dick. in œcon. sua Iudic. derei satisf. in pr. Ias. in d. l. sciendum. nu. 6. Mynsin. & Hotom. d. §. sed hodie. Chil. Konning. d. cap. 46. §. 2. Cuiac. lib. 12. obser. cap. 22. Hart. Hart. obl. 1. d. t. Nudam promissionem sufficere asserunt. Bart. in d. l. sciendum. & ibi Bald. nu. 2. Ias. sibi contrarius in Rub. ff. h. t. VVesemb. in par. ff. nu. 11. & in suppl. num. 6. & 13. & hanc firmat praxis Bart. Castrenf. in d. l. sciend. Fab. d. §. sed hodie. nu. 6. Hart. Hart. d. obl. 1.

XII.

Interim qui neque res immobiles habet, neque fideiussores idoneos inuenire potest, ad iuratoriam cautionem nouissimo loco admittitur, (a) nisi sit suspectus de fuga. (b)

(a) d. auth. generaliter. C. de Episc. & Cler. l. 1. §. omnes C. de assert. toll. §. necessarium auth. vt nulli Iudic. l. fin. h. t. gl. in c. per vestras. verb. quam potest ext. de donat. int. vir. & vxor. Mynf. d. resp. 71. ne lex eum ad impossibile astringere videatur, vel alias ius sibi questum amittat. VVes. in par. nu. 10. Chilian. d. cap. 46. idque procedit si sit forensis, vel alias pauper, secus si propter malos suos mores fideiussores habere non queat. Ias. in l. 1. nu. fin. limit. 7. (b) qui potius arrestari debet. VVes. in par. nu. 10. h. t. Peck. de Iure sistēdi cap. 2. nu. 3. in quo cautè ambulandum, ne creditor per iniustum arrestum priuetur suo credito. Bald. in c. causam de offic. deleg. Idem conf. 247. part. 2. Ias. in l. 2. nu. 21. in fin. ff. de Iurisd. om. iud. quod moderatur. Peck. cap. 18. nu. 5. Vide alias limit. 13. ad thes. apud Ias. in l. 1. nu. fin. h. t.

XIII.

In qua affirmabit se nullos fideiussores dare posset, (a) nihilominus tamen omnia, de quibus satisfandam erat, sanctè & fideliter præstiturum. (b)

(a) p. auth. generaliter. Hart. Hart. d. obser. 1. (b) Lag. alleg. loc. num. 4. VVes. d. num. 10. Mynf. in Rub. Inst. h. t.

XIV.

Reus etiam qui ratione rei mobilis conuenitur, cautionem de re exhibenda & non consumenda præstabit, (a) alioquin res ipsa sequestrabitur. (b)

(a) vel non

(a) vel non baratanda vt Dd. loquuntur per l. senatusconsulto in fin. De offic. Præsid. l. si fideiussor §. fin. vbi gl. Bart. Bald. & Dd. cōmuniter h. t. Spec. d. §. dicto in prin. Marant. d. loc. nu. 18. Panor. in c. dilectus in fin. ext. de sequest. poss. & fruct. Ferrar. form. sequest. §. 1. nu. 5. (b) Dd. d. §. fin. Fab. & Bodæus in d. §. sed hodie. Vbi VVef. in suppl. ad Schneid. nu. 6. quod cum causæ cognitione fiet. per tex. in d. §. fin. & ibi Bald. Alex. Iaf. Panor. in d. c. dilectus in fin. Viuius in com. opin. verb. sequest. nec ad hoc pars si timeatur de fuga citari requiritur per Bald. Alex. Panor. Viuium d. loc.

XV.

Ceterum an in Criminalibus reus satisfando à carceribus liberetur hic rectè queritur? quod ex qualitate criminis & persona decidendum arbitror.

l. 1. 3. 4. ff. de custod. Reor. l. 2. C. d. t. l. 2. C. de exhibiti. reor. in delicto enim pœnam corporalem inferente fideiussor non admittitur gl. Bart. & Dd. in d. l. 1. Bald. consil. 337. nu. 3. vol. 2. Bapt. a Villalobos in com. opin. Verb. fideiussor nu. 39. Syluest. Verb. fideiussor q. 8. Sum. Angel. Verb. fideiussor nu. 11. Capytius decis. neopol. 30. nu. 7. nisi crimen nondum euidenter fuerit probatum tex. & gl. in c. cum homo 23. q. 5. Schneid. §. in omnibus nu. 8. Inst. de fideiuss.

XVI.

Hæc de principalibus personis, nunc vela ad interuenientes extendo: Et quidem aduocati in singulis causis, (a) licet nunc plerisq; in locis in initio officij (b) iureiurando cœnent.

(a) l. rem non nouam & ibi Dd. C. de Iudic. §. Vtriusque Inst. de pœna tem. litig. & ibi Dd. Spec. tit. de aduoc. §. 1. nu. 31. VVef. in suppl. ad Schneid. nu. 9. h. t. (b) VVef. d. loc. & §. Item actoris. Inst. de pœn. tem. litig. in suppl. fac. ordinat. Camerae p. 1. tit. 62. & 64.

XVII.

Vtrum hoc consuetudine abrogari possit quæstionis est? & non posse intrepide concludo.

Spec. d. loc. Iaf. & Sichard. in d. l. rem non nouam, allegantes. Ioan. And. in c. Romana §. nec ext. de for. comp. in 6. VVef. d. loc. nu. 6.

XVIII.

Procurator actoris cum dubitatur de mandato cauebit de rato, (a) cum constat, se caere etiam cum cautione nullatenus auditur, (b) nisi sit persona coniuncta. (c)

(a) l. 1. Vbi Dd. com. C. de Procur. §. fin. autem Inst. h. t. Spec. §. viso nu. 1. Maran. nu. 15. d. t. Ferrar. in sua prax. in for. resp. rei con. §. Simonius num. 1. Anton. Grauatius in addit. ad introduct. Iud. Vestrij cap. 5. lib. 4. in ver. quod si Cling. Inst. h. t. (b) c. 1. & ibi gl. de procur. Spec. d. loc. Lag. d. t. nu. 12. Mynf. & alij in d. §. fin. autem. E contra cum patet mandatum ad hanc cautionem non astringitur, l. vnic. C. h. t. l. si procuratorem ff. de procur. Hart. Hart. alleg. loc. obs. 2. (c) l. sed & ex 35. de Procur. l. exigendi vbi Iaf. l. maritus 21. C. eod. l. Pomponius §. fin. vbi Bart. ff. eod. Minf. cent. 3. obs. 53. Gail lib. 1. obs. 33. Hart. Hart. obs. 3. d. t. Ferrar. d. §. Simonius num. 1.

XIX.

Idem quoque procurator, etiamsi de eius mandato liqueat de defendendo domino si re-conueniatur, cauere tenetur.

l. vnic.

l. vnic. C. h. t. l. seruum 33. §. ait prætor ff. de procur. c. accedens ext. cod. Spec. in d. §. viso nu. 9. Ioh. And. in addit. ad eund. in §. i. vers. Item excipitur quod licet de Procur. Dick. in sua cœcon. de satisfd. procur. adeò vt nisi hanc cautionē præstet ei actio denegetur l. actio- nem. C. de Procur. l. mutus 43. §. pœna ff. d. t. hinc est quod dominus cum ad agendum & defendendum constituat c. constitutis ext. cod. t. Spec. d. loc.

XX.

Rei Procurator siue mandatum habeat siue non, absque cautione de iudicatum soluen- do non est qualificatus, (a) à qua tamen per principalem presentem, (b) aut in mandato constitutionis sub sufficienti bonorum suorum hypotheca (c) liberari poterit.

(a) l. vnica C. hoc nostro t. d. l. exigendi. §. si vero vbi Fab. & alij Inst. nostro t. Spec. in prin. §. expedito Bart. in Rub. ff. Iud. sol. Hotom. §. 2. nostro t. Sichard. in d. l. i. C. de Procur. nu. 2. quia nemo sine hac satisfdatione idoneus alienæ rei defensor existimatur l. qui pro- prio 46. §. qui alium ff. de procur. d. §. si vero Inst. nostro t. (b) d. §. si vero vbi Hotom. l. si ad defendendum 10. ff. Iud. sol. (c) Spec. d. §. expedito nu. 8. Bart. d. Rub. per clem. i. vbi gl. ext. de Procur. Hart. Hart. d. loc. obs. 3. & sic tota die in praxi videmus. Maran. in suo Spec. d. loc. nu. ii.

XXI.

Syndici verò Tutores, Curatores & his similes conuenti iudicatum solui & rem ratam haberi satisfdare non coguntur.

§. sin autem Inst. eod. l. fin. §. defensionem C. de administ. tut. Fab. in §. si vero aliquis nu. 10. Inst. d. t. & ibi Hotom. in §. i. enunc. 8. Lag. d. t. num. 15. quia quasi domini sunt l. qui fundum §. si tutor ff. pro empt. Spec. in d. §. expedito. nu. 4. & 5.

XXII.

Demum asterisco notandum, has satisfdationes ante litem contestatam præstari de- bere.

l. de die §. si seruus vbi gl. Ias. ff. l. vnic. C. h. t. l. Pomponius §. ratihibitionis ff. de Procur. l. Iulianus vbi Castrenf. & Ias. in prin. ff. nostro t. Bald. in l. si vero nu. 2. eod. gl. Bart. & alij in Rub. ff. iudi. sol. Syntag. com. opin. d. t. 25. nu. 40. Hart. Hart. obser. 4. V Velsenb in suppl. ad Schn. nu. 10. in par. n. 3. nisi post litem contest. procurator interueniat l. 2. C. de confor. lit. Hart. Hart. d. loc. vel in ipsa lit. contest. vel etiam incontinenti post. Spec. d. §. viso nu. 10. per Iura ibi alleg.

XXIII.

Nec hoc prætereundum, fideiussorem in prima instantia datum, in secunda obligatum non manere.

l. 2. l. cum apud 20. vbi Bart. ff. Iudic. sol. l. Græce §. & post litem ff. de fideiuss. §. si alia vbi Fab. & Mynf. Inst. h. t. Bald. in d. l. Iulianus. nu. 2. Ias. in l. 2. §. in fideiussorem nu. 9. h. t. Syntag. d. t. nu. 105. Boer. decis. 315. nu. 1. Clar. §. fin. q. 45. nu. 20. nisi aliter conuentum. Ias. d. l. num. 9.

XXIV.

Qui autem fideiussorem euidentissimè locupletem acceptare recusat, iniuriarum con- ueniri poterit.

l. si vero §. i. hoc nostro t. Oldend. clas. l. rct. §. Schneid. in §. iniuria num. 20. Inst. de in- iur. Peck.

iur. Peck. de Iur. sist. cap. 18. num. 2. non tantum per reum verum etiam per fideiussorem
d. §. 1.

XXV.

Colophonem imponat, Quoties vitiosè cautum, (a) aut pendente lite insignis calamitas, vel magna inopia fideiussoribus accidat, (b) ex integro causa cognita satisfdari.

(a) l. quoties vbi Bald. & Iaf. h. t. Bald. conf. 162. nu. 8. part. 2. V Vef. in par. nu. 2. Mynf. in d. §. sed hodie. (b) l. si arbitro h. t. l. prætor. stipul. idque in iudicialibus, secus in conuentionalibus Bart. in l. 2. de fideiuss. Iaf. in d. l. quoties, communem dicit. Bapt. à Villal. in com. opin. verb. fideiussor.

P A R E R G A

I.

Sagas corporaliter de loco ad locum ad conuentus suos transferri.

Cont. Alciat. lib. 8. parerg. cap. 22. tenent. Sum. Syluestrina in verb. hæresis. 3. q. 5. Bodin. de magor. dæmonomania lib. 2. cap. 4. probatque per infinita exempla Scribon. in sua phisiol. de fagar. natur. 2. q. de special. effectib. Pet. Binsfeldius in tract. de confess. malef. conclus. 12. vbi hanc communem testatur. men. i. ibique saltare & rem veneream cum dæmonibus exercere, Bodin. lib. 2. cap. 7. Binsfeld. conclus. 5. quandoq; tamen fallit, & per *εχαστιν* siue illusionem. fit Sum. Syluest. d. loc. q. 6. Bodin. q. 5. Scrib. d. loc. Binsfeld. conclus. fin.

II.

Non tamen posse se, nec alios homines verè & realiter in lupos vel aliam quamcunque bestiam transformare.

Cont. Ioan. Bodin lib. 2. cap. 6. text. in c. episcopi vers. quisquis ergo 26. q. 5. c. nec mirum in prin. ead. q. Scribon. d. lib. cap. de fagar. transformatione. Binsfeld. d. tract. concl. 3. Aut enim transmutarentur secundum corpus vel animam aut vtrumque & neutro modo fieri potest. Ergo. &c.

III.

Item easdem per aquam frigidam non esse purgandas.

Cont. Scribon. d. lib. 2. de fag. natura, & in respons. ad examen ignoti patroni de probatione aquæ frigidæ tex. in c. Mennam. arg. in c. consuluisti 2. q. 5. c. fin. ext. de purgat. vulgar. Pet. Binsfeld. d. tract. dubio. 1.

153255

AB: 153255


(X2203998)

K



De legibus S. Teodorici





CONCLVSIONES ALIQVOT

DE SATISDA
TIONIBVS.

QVAS DIVINA ADIVVANTE GRATIA,
SVB CLARISS. AC CONSVLTISS. VIRI IOANNIS
Michaëlis Cronenburgeri, SS.LL. Licent. Dictatoris pa-
trrocinio in celeberrimo florentissimæ Agrippinen-
fis Academiæ iuris Collegio, pro lauda-
bili ac inueterata consuetudine
4. id. Ianuar. Anno 1591.
publicè defendet.

CHRISTOPHORVS
Winkler.



COLONIAE AGRIPPINAE E
EXCVDEBAT PETRVS KESCHIDT.

